

Band V., Nr. 1556, Seite 317

Papst Alexander IV. bestätigt dem Kloster Comburg die von dem Bischof von Würzburg gestattete Einverleibung der Kirchen in Gebattel und Thüngental.

Anagni, 1259. Oktober 30.

Alexander episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis . . . abbati et conventui monasterii in Kamberg, ordinis sancti Benedicti, Herbipolensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere sedes apostolica piis votis et honestis petentium precibus favorem benivolum impertiri. Exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat, quod venerabilis frater noster . . . episcopus Herbipolensis diligenter attendens monasterium vestrum ex malitia temporis et hominum de partibus illis bona ipsius diripientium ad tantam inopiam devenisse, quod ipsius monachi et fratres divinis in eo laudibus insistentes de proventibus eiusdem aliquatenus sustentari et hospitalitatem consuetam ac debitam servare non poterant, et propter hoc devotioni vestre paterna pietate compatiens vobis de consensu capituli Herbipolensis provida et grata liberalitate concessit, ut proventus de Gebosidelen et de Tungental ecclesiarum parochialium, Herbipolensis diocesis, in quibus ius patronatus habetis, cedentibus vel decedentibus eorum rectoribus in usus proprios conventus monasterii vestri ac in subsidium hospitalitatis servande ibidem perpetuo convertere valeatis, vicariis presbyteris in ecclesiis ipsis perpetuo servituris de illarum proventibus reservata congrua portione, de qua *comode* sustentari valeant et episcopalia ac alia ipsarum ecclesiarum onera consueta et debita supportare, prout in patentibus litteris ipsius episcopi confectis exinde ac suo sigillo signatis plenius dicitur contineri. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati quod super premissis ab eodem episcopo pie ac provide factum est ratum et firmum habentes id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Anagnie, III. kalendas Novembris, pontificatus nostri anno quinto.

Der Textabdruck folgt dem Original auf italienischem Pergament.

II

Die Bleibulle fehlt. Gegen das linke Obereck der Urkunde hin steht: *dupl.*, etwas nach der Mitte unterhalb des Oberrandes *L*, unten links unterhalb des Worts *pontificatus* durch die Plica verdeckt drei Punkte, darüber ein dem für *er* üblichen Abkürzungszeichen ähnliches Zeichen, darunter *z Ro*, rechts außen auf der Plica *Adeg* (mit einem Abkürzungszeichen allgemeinerer Art) *per.*; auf dem Rücken der Urkunde im linken Obereck ein Häckchen.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Ludwigsburg

Signatur/Titel des Originals:

B 375 S U 449

Überlieferung und Textkritik:

Original. Auch in den Diplomataren HStA Stuttgart H 14 Nr. H 14 Nr. 29, S. 10a und Nr. 32, S. 1103. War auch im 1944 durch Fliegerangriff verbrannten Diplomat HStA Stuttgart H 14 Nr. 28, S. 34a.

Editionen:

Mencke: *Scriptores rerum Germanicarum*, Bd. 1, S. 399, Nr. XXVIII.

Regesten:

AUGUST POTTHAST (HRSG.): *Regesta pontificum Romanorum inde ab anno post Christum natum MCXCVIII ad annum MCCCIV*, 2 Bde., Berlin 1874-75, Bd. 2, S. 1440, Nr. 17693. Pietsch: *Schwäbisch Hall*, Bd. 1, S. 64, Nr. 25. TILMANN SCHMIDT: *Die Originale der Papsturkunden in Baden-Württemberg: 1198-1417*, 2 Bde., Vatikan 1993 (*Index actorum Romanorum pontificum ab Innocentio III ad Martinum V electum*, 6,1-2), Bd. 1, S. 240 f., Nr. 534.

Weitere Angaben

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Anagni

Ortsindex:

Anagni, Latium, Italien

Comburg Wohnplatz (3320)

Comburg, Schwäbisch Hall, SHA

Gepsattel, AN

Tüngental Wohnplatz (3373)

Tüngental, Schwäbisch Hall, SHA

Würzburg, WÜ